quia omnes cause in curia solent committi tamquam dependentes et connexe
et hec questio est emergens incidens sive emergens de quo tamquam de
preiudiciali ante omnia est cognoscendum ut ar. no. de ex. cog. c. i. et c.
tuam pronuntiare enim super questione in casu predicto et pronuntiare
se iudicem quod potest et debet quilibet iudex facere quando de eius iurisdictione
dubitatur per iura supra ad hoc inducta ut ar.

Procurator sollicitator in causa missus et salariatus ad so-
llicitandum per partem non potest esse testis in ipsa causa
quia maiorem affectionem videtur habere ad causam quam pars qui etiam
a testimonio repellitur de testi. c. licet vi. Qui vero est familiaris
procuratoris deputatus per eum ad sollicitandum causas sibi commissas potest esse testis
quia socius socii mei non est meus socius ff. pro socio l. nam
socius l. xxxi. di. legitur mixtim in laicis et clericis sive in-
cidenter punctata ad probandum dilationes pars signa sigilla vel quod sibi.

Cum tertius terminus prefigatur per iudicem ex curia
ad prosequendum appellationem sufficit appellanti iter infra illud arripere
ut no. spec. ti. de app. § nunc breviter etc. Item quod si pars qui alle-
de venditi. ti. tamen et de ele. statim Ratio quia cum terminus assignatur
ad prosequendum dumtaxat sufficit inchoare vel incipere ultima die
secus vero si assignaretur terminus non solum ad prosequendum sed etiam
ad se repraesentandum apostolico conspectui tunc enim non sufficit iter
arreptum nisi sequatur realis praesentatio si potest habere praesentiam domini nostri
pape alioquin fiat protestatio in valvis palatii ut est mos et quomodo
debeat se quis repraesentare conspectui apostolico vide Jo. an. in no-
vella c. quis sit ubi sedi apostolice d. li. vi. hec procedunt quando
appellatur et terminus prefingitur per hominem ex curia secus si in curia quia
ibi requiritur maior diligentia in prosequendo videlicet quod nedum vadat
vel iter arripiat versus cancellariam nisi etiam ipsum vicecancella-
rium vel locum eius tenentem adeat si potest alioquin de hoc protestetur
et petitet commissionem signandam et recipiat super hoc publicum instrumentum
que quidem commissio si infra tempus prefixum signata vel presentata non
fuit sibi non nocebit quia quod per me non constat de eo quod nunc
in pos. c. ii. et in re. iur. quod prime li. vi. pro quo facit
optime c. nemini de app. quod etiam allegat archi. in simili modo de
diligentia facienda nescessariam c. vito super verbo mora li. vi.

Non sufficit probare quod ad consequendum fructum faciendum a tempore
spoliationis fregerit ostia et similia fecit nisi facta fuerint
violentia persone spoliate vel eius familie existenti in domo quia
potest esse quod domus erat vacua et sic nulla censetur facta violentia
iuxta no. in c. Cum ad sedem super verbo [illegible] unde vi de resti.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 718, p. p.%20104 – Guilelmus Horborch: Decisiones novae Rotae (http://www.e-codices.ch/en/csg/0718/p.%20104)